



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Quis in illa dispensat? parag. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

ergo, nec debere prohiberi prædictum non habentem Patrimonium: ne id dicas, inquam, nam, præterquam, quod, si illicet amittat, saltem ab Episcopo est arcendus ab altari, donec sufficienti Patrimonio fulciatur; certè est manifesta disparitas; ille enim initatus fuit, existens in paupertate, atque adeò cum impropriâ Irregularitate, hic vero fuit initatus cum sufficienti Patrimonio, atque adeò non cum Irregularitate.

5. Ad Secundum. Non invenio aliam poenam in Jure communi.

## §. II.

*Quis dispensat in Irregularitate orta ex Paupertate?*

1. Certum est Primo, Pontificem dispensare posse, ut pauper promoveatur.

2. Certum est Secundo, Non posse Episcopum, propter rationem iusties dictam, quia Inferior Papa non potest dispensare in legibus Juris communis.

3. Certum est Tertio, Tunc solum posse Episcopum, admittere Pauperem ad Sacros Ordines, quando de Beneficio, vel alimentis illi provideat. Sed hoc non est dispensare in Paupertate, sed Paupertatem tollere.

## CAPUT XXI.

De Irregularitate orta ex defectu ætatis. Remissivè.

Et quinam in illâ dispenset?

1. **D**E hac latè diximus in Tract. de Ordine cap. 6. §. ibidemque cap. 12. n. 16. addidimus, cum, qui ante requisitam ætatem se initiare per-

1 Corporis Infirmitas.

2 Mentis Alienatio.

3 Vitium Corporis.

4 Sexus Fœmineus.

5 Servitus.

6 Infamia.

7 Novitas in Fide.

8 Defectus Scientiæ.

9 Prava Baptismi suscep*tio*.

*Tamburinus de Sacramentis.*

mittit, incidere in suspensionem, unde, si ante dictæ suspensionis dispensationem Ordinibus utatur, incidere in Irregularitatem, ut habuisti in Superioribus, cum de Irregularitate ex Violatione Censuræ c. 14. §. 3.

2. Remaneat igitur hic, tanquam in suo loco, indicare, quo modo tollatur ejusmodi ætatis defectus.

3. Breviter, amovetur duobus modis. Primo, ipso temporis decursu; adveniente enim definita ætate, jam evolat Irregularitas ex ætate procedens. Adverte prædictam suspensionem contractam ab eo, qui ante ætatem se initiari permituit, & prædictam Irregularitatem, quam forte contraxit exercendo Ordines cum suspensione, nunquam tolli, nisi per legitimam dispensationem, ut rectè notat Valentia, a &

Sayr. b <sup>a Val. T. 4.</sup>

4. Secundò, amovetur per dispensationem,

non nisi à Pontifice concedendam, tum, si quis promoveri ad Ordines velit, tum, si velit in iis ministrare ante ætatem requisitam; Cum enim Regula e Generalis alias dicitur, ut illa Irregularitas, quæ susceptionem Ordinum impedit, eadem impedit usum eorundem, debet etiam ad ministrandum ante ætatem, tibi, quamvis Ordinato, accedere dispensatio potenter eam concedere, qui unus est Pontifex, cum Episcopis nihil circa hoc concessum habetur in Jure.

4. 19. p. 7. §.

2. <sup>b Sayr. de</sup>

Cens. l. 6. c.

12. n. 12.

c Sayr. ibid.

n. 7. Ca-

stropal. de

Cens. d. 6. p.

11. n. 2 aliis-

que.

## CAPUT XXII.

Summa Prædictorum.

1. **E**NODATIS jam omnibus Capitibus, unde oritur Irregularitas, operæ pretium est, ea hinc uno intuitu collecta rescribere, eo proorsus Ordine, quo in præcedentibus à me sunt explicata. Sunt autem decem & octo.

10 Mala Ordinis usurpatio.

11 Homicidium.

12 Mutilatio.

13 Bigamia.

14 Natalium defectus.

15 Hæresis.

16 Obsticulum esse ratiociniis.

17 Paupertas.

18 Ætas Puerilis.

Q. s. Quæ